



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Laus Dei quatuor bona facit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

*Laudi diuinae insistendum est
propter quatuor..*

- Psal. 49** **P**rimo, quia scriptura docet. *Psal.*
Ecccl. 39 **I**mmola deo sacrificium laudis
Heb. 13 **E**ccl. 39. In omni corde &
Grego. ore collaudate, & benedicite nomen
Casio. domini. Heb. 13. offeramus hostiam
Psal. 49 laudis semper deo. Secundo quia omnes
Augus. creaturae laudant eum. Vnde D.
Psal. 49 Gregorius. Mirum est, quod homo
Casio. semper deum non laudat, cum que-
Psal. 49 bet creatura ad eum laudandum sem-
Augus. per inuitet. Et Cassiodorus. Omnis
Psal. 49 creatura te tua bonitate collaudat.
Psal. 49 Tertio, quia deo multum placet. *Psal.*
Augus. sacrificium laudis honorificabit me
Psal. 49 &c. Ideo deus dedit homini, ut eum
Augus. laudaret, & qui deum non laudat, quae-
Psal. 49 si mutus reputandus est. Vnde P. Au-
Augus. gustinus. Vt tacentibus de te, quoniam
Psal. 49 loquaces muti sunt. Quarto quia ho-
Augus. mini multum prodest. Vide infra.

Laus Dei quatuor bona facit.

- Re. 16.** **P**rimum est, quia malignum spi-
Re. 16. ritum fugat. Vnde in libro Re-
Re. 16. gum dicitur. Ecce spiritus do-

mini malus exagitabat te &c. Psal. Psal. 17
 Laudans inuocabo dominum & ab
 inimicis salus ero. Et P. Augustinus. Angul.
 Psalmus demones fugat. Secundum
 est, quia angelos ad adiutoriū inuitat
 si cum alacritate fiat; quia alacritas di
 uinæ laudis, quæ fit in terra, repræsen
 tat illam quæ fit in cælis. Vnde Bern. Bern.
 Nil in terris ita repræsentat cælestis
 habitationis statum, sicut alacritas
 laudantium deum. Idem. Ideo alacri
 ter domino assistatis, non pigri, non
 somnolenti, non oscitantes, non par
 centes uocibus, non præcidentes uer
 ba dimidia, non integram transilien
 tes, non fractis, & remissis uocibus
 muliebri quidem balbadenare sonan
 tes, sed utili (ut dictum est) sonitu, &
 affectu, uoces sancti spiritus deprom
 ères & quod ad adiutoriū ueniant.
 Sententia est etiam P. Augustini, Augul.
 Psalmum angelos ad adiutorium inui
 tare. Et Beda. Angelici enim spiritus Beda.
 nobis adesse credendi sunt, maximè
 cum diuinis mancipamur officijs.
 Et Bernar. Psallentibus dignanter ad Berna.
 misceri sancti Angeli solent. Terti
 um est, quia hominem lætificat. Psal. Psal. 70.
 Exultabunt labia mea cum cantauero
 tibi. Et Iac. Tristatur aliquis in uobis, Iac. 5.
 oret æquo animo & Psallat. Vnde
 Glossa. Crebra psalmo die dulcedo Glossa.

CHRISTIANA

noctiuam tristitiæ pestem de corde ex pellitur. Quartum est, quia per presentem laudem uenitur ad æternam.

Psal. 83

Psal. Beati qui habitant in domo tua in seculum seculi laudabunt te. Item

Pl. 150.

laudate eum in cordis & organo &c.

Tribus modis debemus laudare deum. Corde, ore, & opere. De primo dice-

1. Co. 14

bat Paulus. Psallam spiritu, psallam

Psa. 33.

& mente. De secundo Psalmus. Sem-

Augus.

per laus eius in ore meo. De tertio

ait P. Augustinus. Non solum igitur

uox tua sonet laudes dei, sed opera co-

cordent cum uoce tua. cum enim lau-

datur deus de bono opere tuo, tunc

laudat deum. Igitur corde, ore, & o-

perere dominum, qui fecit omnia, lauda-

mus semper.

Linguae custodiam monet quatuor.

Primum est, mala, quæ ex lingua

oriuntur. de hac materia requi-

re in sequenti capitulo. Secun-

dum est, consideratio futuræ exami-

nationis, quia ibi examinabuntur ut

ba, quæ sine utilitate proferuntur.

Mat. 12

Vnde Matt. 12. de omni uerbo ocioso

Isyd.

quod locuti fuerint homines, reddet

rationem in die iudicij. Et Isidorus

sermo ociosus non est absque iuste

causa.